Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



160

„ Tunc autem seruis suis, Nuptiae quidem paratae
„ te sunt sed qui inuitati erant non fuerunt
„ digni. Ite ergo ad exitus uiarum & quos
„ cumque inueneritis uocate ad nuptias.
Gentilium populus non erat inuitus sed in
exitibus uiarum. Quaeritur autem quomodo
in his qui foris erant inter malos & bonos
aliquis intrepti. Hunc locum plenius
tractat apostolus ad romanos. Quod
gentes natura legem facientes ea quae legis
sunt contempnent iudeos qui scriptam
legem non fecerint. Interipsos quoque
christicos e infinita diuersitas cum sciamus
alios esse peruersa aduitia & ruentes ad mala
alios ad honestam morum uirtutibus
„ dedicatos. Intrauit autem rex ut uide-
„ ret discumbentes & uidit ibi hominem
„ non uestitum uesta nuptiali & ait illi
„ amice quomodo huc intrasti non habens
„ uestem nuptialem at ille obmutuit.
Hi qui inuitati fuerant ad nuptias